

Etatur. Et tum priores novem sunt significativæ quia certum numerum significant, prima significat unum, secunda duo, tertia tria &c. Decima autem & ultima circulus videlicet non significativa nota est, quia per se nihil significat sed tantum valet ad alias notas amplificandum.

Inter se considerantur notæ cū coniunctim ponuntur: atq; tum loca diversa diversum earundem ostendunt valorem. Loca in gradibus & periodis considerantur.

Gradus est locus secundum quem notæ valor primò æstimatur, estq; triplex: Primus Secundus & Tertius.

*In hac graduum observatione à dextra sinistrorsum procedimus.*

Primus gradus est in quo nota idem valet quod per se h.e. *se ipsam semel significat.*

Secundus est primi decuplus in quo scilicet nota se ipsam refert decies.

Tertius primi centuplus est in quo nota centies sese significat.

*Sic 2*